



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De turpitudine peccati ex consideratione primæ mortis spiritualis. Definitio
& diuisio peccati. Peccatum originale. Colloq. LXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

poenitentiam quo illum nobis conciliemus, qui solus diabolum frangere, mortem allidere, peccataque potest extirpare.

De turpitudine peccati, considerata prima morte spirituali. Definitio & diuisio peccati. De peccato originali.

COLLOQVIUM LXXII.

THEO.

CUM ergo ita mihi quispiam meditationum super discessu suo studiosus, in hoc subiecto mortis corporalis iram diuinam & turpitudinem peccati considerarit: & idcirco immortale in illud odium conceperit, non insistit in hoc loco mihi, sed ad considerationem mortis animæ per eandem latronem conciliatæ transiens, ubi crudele illud peccati diuortium quo animam illiusque vitam dissuit atque dissoluit examinans, maius adhuc multò odium choleramque in iuratum illum humani generis hostem hauriat & consequatur. Vt igitur vita corporis anima est, quæ propter

propter peccatum ita nobis concessa fuit, aliquando ut egredi, aliquando ut discedere & emigrare compellatur, ergastulo interim suo siue officina potius quemadmodum hactenus diximus, in puluerem cineremque redeunte: Ita animæ vita gratia diuina est, quam toties peccatum illi eripit, quoties eam ingressam fuerit, aut occuparit: hac ergo morte Adam plexus fuit postquam pomum inobedientiæ manducauit: & eodem momento conflictum mortis corporeæ auspicatus fuit, antequam dies ille clauderetur, prout antea à nobis declaratum est. Hæc ergo gratiæ expulsio ac priuatio prima mors animæ appellatur, altera autem Infernus, quemadmodum postea ostendemus. Verum quo nunquam non doctrinæ huius admirandæ velut compendium & summarium ob oculos habeamus, illud mihi imprimis hoc loco faciendum est, ut quomodo peccatum definiri, quomodo diuidi ac distribui possit, breuiter videamus. Peccatum igitur secundum D. Ambrosium

Vita corporis est anima.

Anima vita Dei gratia.

Definitio peccati. sium lib. de Parad. cap. 8. & Diuum Augustinum lib. 2. de consens. Euangel. cap. 4. aliud nihil est, quam aberratio quædam à lege diuina, & transgressio sanctorum præceptorum. Item voluntas libera retinendi aut obtinendi illud quod vel pro vel præter iustitiam factum esse existimatur. Item dictum quippiam, factum, vel concupitum, contra legem Dei. Iam peccatum in duas etiam fere partes diuidi solet, ita vt vnum Originale, alterum Actuale nuncupemus. Actuale rursus in Mortale & Veniale, cum Diuo

Diuisio. Augustino & sexcentis alijs sanctis & illustribus Doctoribus diuidimus atque partimur. Peccatum porro Originale est, macula illa prima impressa homini veluti

Definitio Originalis. illa prima impressa homini veluti membro concepto & generato per vias concupiscentiæ feminis Adam. Item languor naturæ debilitatæ & luxatæ in Adam. Item priuatio iustitiæ Originalis, qua protoplastus fuerat exornatus, vt in vniuersum postea humanum genus transfuso.

S. Aug. in Ench.

s. 64. Cõcil. Trid.

sess. 3.

Cypr. 1. 3. epist. 3. 6.

Thom. 1. 2 q. 82. art. 10.

funderetur, & eadem postea priua-
 tus, quando tota posteritas cum pro-
 genitore peccauisse fuit iudicata.
 Reuera non aliter quam sicut cor- *S. Tho-*
 pus vniuersum luit atque punitur, *mas ibid.*
 vbi flagitiū quoddam admissum est,
 cum tamen sola voluntas vera illius
 origo fuerit & scaturigo. In Adam
 & per Adā peccatū designatū est, &
 postea ex Adā in omnia mēbra deri-
 uatū, ita vt oēs plane partes peccato
 cū eo obstrinxisse videantur. Atque
 hoc illud est, q̄ Apostolus verbis his
 indicat: *Propterea sicut per vnum ho-*
minem peccatum in hunc mundum in-
trauit, & per peccatum mors: & ita in
omnes homines mors pertransijt, in
quo omnes peccauerunt. Hæc etiā hu-
 milis illa David confessio est: *Ecce*
enim in iniquitatibus cōceptus sum, &
in peccatis concepit me mater mea.
 Hęc vox Ecclesię, hæc sententia An- *Cōc. Au-*
 tiquitatis, hæc opinio omnium om- *rel. in*
 nino illius Doctorū est. Est ergo il- *Ench. c.*
 lud macula quædā generalis in ho- *26. l. 13.*
 minum genus vniuersum diffusa, & *de Civ.*
 inordinata dispositio constitutioq; *c. 3. 14.*
 naturæ proficiscens ex dissolutio- *l. 14. c. 1.*
 ne har-

ne harmoniæ, quæ in omnibus filijs Adæ fuit per Iustitiam Originalem quam perdidit: quæ hominem in pulcherrimo ordine retinebat: ad eò, vt iam filius per defectum huius iustitiæ & succedentem deprauationem, instrumenti instar musici malè consonantis esse videatur, quod manu artificis tactum atque percussum ingratum sonū edit, & quo frequentius vsurpatur, hoc peius fit ineptiusque euadit. Hinc ergo etiã admiranda illa creatura ac simul miseranda, vbi ad ætatem discretionis pertigerit, iamque suauem & iucundū sonū secundum mensuram & cadentias legis diuinæ edere debet, sequitur ex aduerso notā plane cōtrariam, & nisi per disciplinam gratiæ Dei in sonū suū remitteretur, lugubrem, horridum, ac funestū cantum ederet, & turpissimā inter facultates suas, ex quibus conflata est, dissonantiam vsurparet ac frequenter. Quo ergo paucis quid peccatum originale sit intelligas, est reuera illud sentina, & fundus omnium peccatorum quæ vnquam à Filijs Adæ

*Peccatū
originale
sentinæ
omnium
peccato-
rum.*

Adæ designata sunt: sentina inquam
 plerisque veterum abscondita & ig- *Natura*
 norata: neque enim Ethnicis ea vis *non suffi-*
 ea facultas indita erat, vt illam ri- *ciebat ad*
 marentur: neque verò etiam vestri *sanandū*
 Philosophi eò scientia sua, qua om- *vulnus*
 nia se complecti mentiebantur, eua- *peccati*
 serunt, vt hanc camerinam olface- *Originæ*
 rent & explorarent. Viderunt illi *lis.*
 fateor, cursum vitiorum, & saniem
 corruptionis humanæ fluentem fa-
 cilè cognouerunt: Causam autem i-
 gnorauerunt, & ideo falsis opinio-
 nibus persuasi, vanè ac stolidè glo-
 riabantur, posse se eam infirmitatē
 morbumq; depellere, cuius fontem
 ignorabant, quem qui nescit, quo-
 modo ille aut boni medici nomen
 aut expertis Chirurgi laudem pro-
 mereri posse videtur. Itaque & illi,
 qui istius tuis Originem in mari ac
 terra scrutabantur, illud tandē con-
 secuti sunt, vt in alto ignorantiae suæ
 pelago perstiterint & oberrarint.
 Cum interim cognitio mali huius,
 non apud alios doceretur, neque in
 aliorum scholis aut Academijs ex-
 plicaretur, quam Dei amicorum &
 neces-

*Iesus
Christus
solus hu-
mana*

*natura
instaur-
ator.*

1. Ti. 2. 5.

Rom. 5. 8.

necessariorum, qui accuratè primū
illud vulnus cognoscebant, & ardē-
tissimis notis verum medicum &
mediatorem IESVM Christum desi-
derabant ac expectabant: vt ille vi-
delicet pharmaco pretiosi sui sāgui-
nis generi humano vulnerato, sau-
cio, sordido ac tabescenti medere-
tur. Et vt manifestius fidem hanc suā
declararent, diuersis mundi ætatib⁹,
diuersa sacramenta, quemadmodum
in lege naturæ preces & sacrificia,
passim instituerūt: Hinc post Abra-
hamum mūdo iam paulatim à recta
rationis semita transuersum abeun-
te, & indies turpissimarū supersti-
tionū fascinationibus enascentibus,
circumcisio à Deo fuit instituta, sa-
cramentum inquam particulare &
studiosissimè strictissimeq; in lege
Mosaica vsurpatum & frequentatū.
Iam IESVS Christus in mundū hunc
descendens Sacramentum etiam ba-
ptismatis instituit, omnibus illis an-
quis nobilius, quod nō tantum pri-
mæuam illam & inueteratam macu-
lam eluit, sed etiam actū, præter o-
mnium veterum sacramentorū con-
suetu-

suetudinem, paradisi portas aperit
 atque patefacit. Vides ergo quem-
 admodum sacramentum hoc spiri-
 tualis generatio fit, facta per secun-
 dum Adam Seruatorē nostrum, per
 quam sordibus originalibus expur-
 gamur, peccatis lethalibus emunda-
 mur, filij Dei & membra IESV Chri-
 sti capitis nostri efficiamur. Et quem-
 admodum infans absque proprio &
 particulari delicto peccato Adæ ob-
 stringitur & obligatur propter ipsā
 generationem: ita gratis & præter
 suam operam ac volūtatis vsum, per
 hanc generationem meritorum IES-
 V Christi fuit effectus: Quemad-
 modum Propheta prædixit: *gratis* *Es. 52. 3.*
venundati estis, & sine argento redi-
mini; & reuera absque hoc Sacra-
 mento filij Adæ & infantes neuti-
 quam coelum ingredi possunt, quē-
 admodum id ipse legislator asserit

atque affirmat. *Nisi quis renatus*

fuerit ex aqua & spiritu

S. non potest introire in

regnum Dei

Ioan. 3. 5.

Abs-

*Baptif-
 mus ge-
 nera-
 tio spiri-
 tualis.*